

ENCOMI

V M F O R M I C A R V M

S C R I P T V M A B

E R A S M O E B N E

R O .



EMO IN HOC COETV
dixit unquam quantum
equidem iudicare possum,
cui perinde beneuolencia
uestra, atq; mihi opus esset,
non modo quia hæc ætas me
a singulari fauore confir-
manda, & adiuuanda est,

Sed etiam quia argumentum adfero, quod etiam si
nouitate placere possit, tamen ita est exigua, ut nullam
magnopere admirationem mereatur. Alij res gestas
clarissimorum imperatorum recitarunt, & tum ho-
neste facta summorum hominum, dicendo ornaue-
runt, tum aut populorum, aut tyrannorum turpi-
ter facta grauissime uituperauerunt. Ego quo-
niam deerat eloquentia par tantis causis, infirmitate
uirium humiliter argumentum querere coactus
sum. Qua de re dum aliquot dies delibero, dum-
q; reputo quas res exiguas laudauerint ueteres
scriptores, a Luciano uideo musam, a Virgilio apes
D mirifice